MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS II: 14.2. 1.5.)
Melk, um 1470 Seite 210r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



tota uoluntate inclines. Magnum
enim ex eo concipies filium. ipseque deo omni
potenti famulabitur. Et his dictis in ethe
ra disparuit. Mane autem facto consurgens
deambulabat in domo patris sui. sollici
taque de tanto nuncio inuenit giros et
dixit ei Non ignoras quod hac nocte qui
dam ueniens hortatus est me ut affec
tum meum ad tui amoris assensum incli
nem. His ille auditis longa suspiria
trahens. precationisque sue memor. gratias
omnipotenti deo retulit Concipit interea lu
cerna operante diuina clementia. in sciis
parentibus Jam tempus partus aduene
rat. ipsaque timens parentes suos. precatur
dominum in hec uerba Domine ihesu criste in cuius
nomine pater meus baptizatus est. libera
me de manibus patris mei. ut possim eua
dere mortem Jam enim tempus pariendi ad
erat. et ecce nocturno subsilencio uenit
angelus deferens ei solacium adeo dicens
que Lucerna. At illa. quis es inquit domine.
Angelus inquit dei sum At illa. gratias
inquit tibi ago domine ihesu qui misisti an
gelum tuum. qui liberet me ab instanti per
iculo Et angelus ad eam ne interficias
inquit infantem quem habes in utero
quia dominus ihesus xpc curam eius habebit.
Surge autem mane et quere obstetrices.
et extra ciuitatem deportent. ponantque eum
in rubo in loco occulto. et puero ibi relic
to regrediantur ad te Fecit ergo lucerna
que angelus ei preceperat.

His ergo expletis que angelus iusse
rat. antequam obstetrices penitus ab
scederent. uenit lupa ad infan
tem. et ablactare eum modo nutricis ce
pit. et curam quam dominus preceperat toto im
pendit studio Mira res et tota fide
credenda Quid enim mirum. si dominus hunc

famulum suum per quem multas uirtutes
operatur erat. per lupam uoluit educari.
qui helie per coruum cottidianum uictum ex
hibuit. Sed ad rei geste ordinem his
obmissis reuertamur. Solito igitur mo
re lupa egrediens. oues aliasque bestias
rapiebat pro sui natura. reuertensque ad
infantem. lac illi uelut sue soboli dabat.
et nutriuit eum usque ad diem tricente
simum Exeuntes uero uenatores de ur
be roma. inuenerunt lupam et infantem
cum ea. et mirati omnes dicebant. Nun
quam talia uidimus Et regressi in urbem
dixerunt Nunquam talia uidimus. quali
a hodie. Et interrogati que uiderint. ui
dimus inquiunt lupam et hominem. am
bulantes simul et manducantes Erat
hoc subtempore neronis imperatoris. Ve
nit ergo hic sermo ad regem. et miratus
dixit ad proconsulem suum. Vade et mitte
et congrega ciues urbis. et quere diligen
ter quid hoc sit. Et fecit sicut rex pre
ceperat. et nesciebant omnes quid esset.
Dixit autem rex. Ite et solerter inquiri
te. et adducite ad me lupam et infantem
Venientes itaque ad rubos. ceperunt stu
diose querere. Cumque diu querendo fati
garentur. ecce uiderunt infantem procul
stantem in agro cum lupa. et ceperunt
mutuo dicere Ecce quod querebamus in
uenimus. circumeamus ex omnibus partibus
ut non possint euadere. et capiamus
eos Cumque circumuallare molirentur. pro
siluit lupa celeriter sequente eam infante.
et regressi sunt ad rubos Duobus ergo
diebus qui uenerant per siluas et lustra
se fatigantes. non poterant eas appre
hendere Die ergo tercio ad regem dix regressi
erunt Inuenimus in agro lupam et pu
erum. Cumque eis insidias moliremur